

Ulisse e il Ciclope

Postquam Graeci Troiam deleverant, ad suas patrias omnes duces cum suis exercitibus remeaverunt. Ulixes solus per omnia maria, longos per annos, cum suis comitibus nave erravit et in longo errore multarum gentium urbes et mores spectavit, infinitos labores tolerans, sed ex omnibus periculis patientia et calliditate effugere potuit. Etiam Polyphemi saevitiam cognovit. Nam, ubi in Siciliam nave sua pervenit, in antrum Cyclopi forte intravit et cibum sibi et comitibus suis petivit. Sed quia impius Cyclops preces supplicis non esaudivit, sex miseros Graecos devoravit. Tunc Ulixes fraudem insignem adhibuit: nam poculum optimi vini, quod in antrum portaverat, Cyclopi dedit. Polyphemus, postquam suave vinum degustavit, iterum alias potiones petivit. Dum Cyclos plane ebrius in gravem somnum cadit, Ulixes acutam sudem inflammavit et gigantis oculum caecavit. Sic incolumis ex antro evasit.

Teseo raggiunge il padre ad Atene

Theseus, puer acutae mentis et egregii corporis, iussu patris Aegaei in Argolide cum matre vivebat, quia pater uxorem repudiaverat et Medeam magam novis nuptiis duxerat. Cum adolescentis vires validae fuerunt, mater Theseum misit Athenas, ubi (=dove) regnabat Aegaeus cum Medea. In itinere fulserunt virtus et audacia adolescentuli. Nam in montium saltibus latrones erant, qui viatorum caput obtruncabant vel corpora ramis arborum alligabant vel lacerabant vel de rupibus in mare praecipitabant, ubi (=dove) testudo immanis magnitudinis miseros homines devorabat. Theseus, itineris periculis et latronum insidiis vitatis, incolumis pervenit ad patrem, sed suum nomen genitori non nuntiavit. Medea tamen privigno atrox venenum paravit; sed ut primum Aegaeus ensem Thesei vidit, filium agnovit. Tum, Medea ex urbe expulsa, rex cum filio regnavit.

Il mito di Prometeo

Homines miseram feramque vitam agentes a dis immortalibus ignem continenter petebant, **ut** cibum **coquerent** (= *per cuocere il...*) et metalla ferrumque **exercerent** (= *e per laborare i...*); sed, postquam Iuppiter ignem hominibus dederat, illi (=quelli) in perpetuum eum servare nesciebant. Tum Titanus Prometheus, Iapeti filius, ignem in ferula ab Olympo clam cepit, in terras duxit hominibusque dedit. Igne accepto, homines a Prometheo petiverunt **quomodo** eum servare **possent** (= *come potessero...*); ille respondit: "Ignis, cinere obrutus, facile servabitis!". His rebus cognitis, Iuppiter, ira motus, Titanum punivit: nam Mercurius, Iovis iussu, Prometheum deligavit in monte Caucaso ad saxum clavis ferreis et aquilam apposuit, **ut** iecur eius **ederet** (= *affinché mangiasse...*); nocte crescebat iecur, quod die esum erat. Post multos annos, aquilam Hercules interfecit, quia Prometheum ex supplicio liberare voluit.

Annibale alle porte di Roma

Ut Hannibal Urbi appropinquavit, Fulvius Flaccus, porta Capena cum exercitu Romam intratus, in mediam urbem per Carinas contendit; inde, postquam Romā exiverat, ibi castra posuit. Aediles plebis commeatum eo (=li) comportaverunt; consules senatusque in castra venerunt et de rei publicae salute consultaverunt. Circa portas Esquilinam Collinamque castra tenentur; inde C. Calpurnius Piso, praetor urbanus, Capitolio atque arci praefuit; senatus frequens in foro continetur, **ut** omnes patres ad consilium parati **essent** (= *affinché fossero...*). Interea, Hannibal ad Anienem fluvium tria milia passuum ab urbe castra admovit. Ibi stativis positus, Carthaginensium dux cum duobus milibus equitum ad portam Collinam usque ad Herculis templum processit atque moenia situmque urbis obequitans conspiciebat. Quare magna indignatio Fulvium Flaccum movit et Romanorum dux contra Hannibalem misit equites, qui hostium equitatum submoverunt.

LA LEGGENDA DI PERSEO

Perseus in aula sanus validusque crevit, sed Polydectes (nominativo maschile), Danaes (genitivo sing. femminile del nome proprio *Danae,es*) cupiditate accensus, eam uxorem ducere cupiebat. Quoniam mulier eius precibus non vincebatur, rex suspectum habuit: a Perseo matrimonium impeditum erat. Ideo, Polydectes iuvenem misit prehensurus Medusae caput, foedae Gorgonis, quae in saxum homines semper convertebat. Sed Perseus, Hermae Minervaeque auxilio, Medusae caput detruncavit, deinde, exagitatus a Gorgonibus, fugit. Ubi primum in Aethiopiam pervenit, iuvenis ab horribili dracone pulchram Andromedam servavit et in matrimonium duxit. Postquam domum revertit, capite Medusae in saxum Polydecten (accusativo sing. maschile) convertit; postea, matre inventa, cum uxore matreque Argos contendit.

Furio Camillo

Dictator contra Veientanos rebellantes a senatu missus est Furius Camillus. Is primum Veientanos in acie vicit, deinde etiam eorum civitatem cepit. Veiiis captis, cepit etiam Faliscos, non minus nobilem civitatem. Sed contra camillum commota est acris invidia, quod praedam iniuste diviserat et, ob eam causam damnatus, civitate expulsus est. Postea Galli Senones ad Urbem accesserunt et, Romanorum exercitu apud flumen Alliam profligato, Romam occupaverunt praeter Capitolium. Tum Camillus, dum in vicina civitate exsulat, civibus suis revocatus est et iisdem auxilium tulit (da *fero,fers,tuli,latum,ferre*) et, Gallis devictis, Romam liberavit atque in patriam victor revertit.

Filippo V offre un'alleanza ad Annibale

Anno quarto postquam Hannibal in Italiam pervenit, M. Claudius Marcellus consul a senatu missus est pugnaturus contra Hannibalem apud Nolam, Campaniae urbem. Nam Hannibal iam multas Romanorum civitates occupaverat multasque alias occupaturus erat. Interdum etiam Philippus, Macedonum rex, ad Hannibalem legatos miserat auxilium contra Romanos promissurus, si Hannibal post Romam deletam auxilium contra Graecos Philippo tulisset (=avesse portato): Graeci enim contra Philippum bellum suscepturi erant. Postquam Philippi legati capti sunt et res a Romanis cognita est, senatus ad Philippum in Macedoniam M.Valerium Laevinum misit qui cum rege de societate egit. Postea quia Sardinia quoque, ab Hannibale sollicitata, Romanos deseruerat, in insulam missus est T.Manlius Torquatus qui, controversiis compositis, rursus in Romanorum potestatem Sardiniam redegit.

Chi è saggio è anche onesto.

Olim Pythagorae discipulus a sutore calceolos emerat sed, nummos in sacculo non habens, aes alienum fecerat. Postridie ad sutoris tabernam adiit aes alienum soluturus, sed ianuam clausam invenit. Diu ille ostium pulsavit sed sutor non respondit. Tum vicinus, quia virum expectatione fatigatum vidit, de fenestra prominens exclamavit: "Amice, noli operam perdere! Sutor enim heri elatus est". Dum philosophus, pecunia in sacculum reposita, domum redit, laetus cogitabat: "Heri ad tabernam veni calceolos empturus; hodie soluturus eram, sed propter sutoris improvisam mortem et calceolos et nummos habeo: hominum fortuna caeca est!". Tamen intempesta nocte, e somno excitatus, indecoram laetitiam suam vituperabat; denique, capto consilio, mane ad tabernam rediit et ante ianuam exclamavit: "Mihi sutor vivit et iure nummos suos flagitat!"; sic per claustrum laxum nummos in tabernam immisit.

Humana avaritia culpa eius animam inquinatura erat, sed pythagorica sapientia vitium vicerat.